Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus - Cod. Ettenheim-Münster 220

Münzer, Franz

[S.l.], 1715

Sectio 3tia

urn:nbn:de:bsz:31-122324

Visual Library

Sectio 3tia

An leges pœnales in Conscia obligent ad subeundam pœnam ante sentiam Judicis?

156. Diximus in 1. huius artis sectione, quod leges etiam pœnales obligent in gscia non quidem ad actum, sed actu prohibito semel posito ad subeundam pœnam. Sed dubitatur amodo an quis ante sentiam Judicis precise quia actum prohibitum fecit, teneatur ad pœnam huiusmodi subeundam, an vero si Judicis sentia non accedat, etiam in gscia a solutione pœnæ immunis evadat? pro cuius penitiori illgtia sciendum est, quia pœna ex iure humano maxime Ecclesiastico statuta alia dicitur lata sentia alia sentia ferenda, illa dicitur talis quod tali et tali delicto posito sentia pœnæ iam censeatur lata, quia indispensabiliter qui tale et tale crimen perpetrat, ipso facto in pœna talis criminis statuta properat, unde et lata sentia dicitur. Ferenda egtra sentia illa pœna est, quæ non ipso facto post delictum incurritur, sed ad hoc ut urgeat, requiritur quod Judex sentia ferat: et hoc posito bene notandum est quia comter gsentiunt &c. quod pœna ferenda sentia in gscia non obliget nisi data per Judicem sentia, nemo enim tenetur lege nisi rdum vim legis, atqui rdum vim legis pœnalis ferenda sentia nemo tenetur nisi ferenda sentia semel lata per iudicem, hoc enim nam pœna ferenda sentia est: quod ad.

157. Sed de his iam quæstio non procedit, verum magis indagatur de lege pœnali lata sentia, utrum non requiratur saltem sentia declaratoria legis violatæ et talis pœnæ actualiter inflictæ v.g. an gravis clerici percussor qui ipso facto incidere dicitur in excommunicatione lata sentia, non prius antequam actu excommunicatus sit, debeat declarari ipso facto excommunicatus, sed etiam ante omnem declarationem huic sentia sit subiectus? bene etiam advertendum est quod quandocunque verba legis sunt de futuro v.g. excommunicabitur, aut imperativi modi v.g.

excomunicetur, imo etiam si dicatur in praesenti sit excomunicatus excomunicationi subiaceat, et to ipso facto et huiusmodi expresse non addatur, poena ferendae sententiae aestimatur ac proinde non obligat ante sententiam Judicis. insuper advertendum est quod triplex poena distingui potest altera cuius executio requirit aliquam actionem ut occidere, mutilare, ire in carcere se ipsum proprijs bonis privare, et altera ad cuius executionem nulla requiritur actio sed duntaxat passio, ut privari Comitibus Ecclesiae suffragijs, non comunicare cum fidelibus, inhabilitari ad aliquod munus aut officium subeundum. Ex his ita positis sit.

Assertio 1. leges quaecumque poenales sive Ecclesiasticae sive Civiles quae poena statuunt in 3. §. ipso facto incurrendae, si et quamdiu iustae sunt, possunt delinquentem ita obligare ut sive in poena requiratur actio sive sufficiat passio, ad poenam tale subeundam etiam ante sententiam Judicis declaratoriam et quidem in gloria teneatur, est mihi moraliter certa sententia. Sed sciendum est quod assertio haec loquatur tantum de potentia obligandi non autem quomodo de facto obliget. Ratio autem me quoniam ista est, quia cum in iudicijs non debeat esse acceptio personarum sed caeca iustitia, quod quidem talibus et talibus circumstantijs contingente casu Judex potest sententiare, hoc etiam potest antequam casus actualiter evenerit practico speculative iudicare, et ideo sicuti potest dicere quicumque graviter Clericum v.g. et malitiose percusserit a me excomunicabitur ita eadem iustitia potest dicere quicumque Clericum huiusmodi percusserit ipso facto sine ulla alia sententia sit excomunicatus, et sic ipsum factum in virtute includit sententiam excomunicationis actualem, quod si autem hoc Judex humanus potest ut nemo sapiens dubitare videtur, cur ergo non aequaliter poterit dicere, volo ut quicumque actualiter Clericum et enormiter percusserit sine nova sententia aequaliter ac cum nova sententia in excomunicationem inciderit, et sic sicuti post sententiam declaratoriam sine dubio est in gloria excomunicatus, palam est quia sic aequaliter est ante illam, unaquaeque enim lex eatenus obligat, quatenus est in voluntate legislatoris, et ideo si voluntas legislatoris est ut lex sive omni alia sententia etiam declaratoria in gloria obliget, apertum est quia obligabit, et quidem sive in executione poenae requiratur actio, sive sola passio sufficiat, nam sicuti legislator potest ~~[illegible]~~ obligare post sententiam, ~~[illegible]~~ etiam potest obligare ipso facto

potest autem post sententiam suam legislator reum obligare et in quantum ad poenam cuius executionis actionem consistit: quo etiam id potest ipso facto non enim quoad disparitatis ratio, neque quin illud possit non supposito crimine sententia speculative lata ad crimen datum quod potest sententia practice ferenda post crimen datum ratione ponderante cognosco.

159. Dixi tamen si et quando iniusta sit unde leges quae et quatenus obligant ex iustitia post iudicis sententiam, neque obligant ante illam. quia quia contra arbitrum nemo iudex huius potest praecipere ut quis sexum ovidat, graviter mutilet aut alia huiusmodi valeat, quae sunt charitatis propriae graviter laesiva, etiam si ipso facto ea praecipiantur, lex eiusmodi tamquam iniusta reipsi non obveret, sicut etiam ~~[illegible]~~ post sententiam iudicis neque vi istius sententiae in conscientia obligaret, quia contra rationem et naturam esse dignoscitur, adeoque nulli potestati humanae gessit, ut quis violenter sexum perdat aut graviter mutilet, vel aliud quod cum honore suo nunquam contra sexum graviter charitatis laesivum moliatur, et quacumque lege humana hoc directe praecipiatur, lex iniusta praecipiens iure reputaretur, ut dicimus in tract. de J. et J. ubi de dominio in bona vitae, famae etc. agebamus. hoc ergo supposito erit.

160. Assertio 2. poenae latae sententiae sive civiles sive ecclesiasticae sunt tales quae in privatione pura bonorum advenientium consistunt, et minus obligant ante sententiam declaratoriam, quod si vero sint privativae bonorum propriorum et possessorum ac quoad actionem ad se requirunt, ante sententiam declaratoriam non videntur obligare. unde censurae ecclesiasticae excommunicatio suspensio, interdictum etc. si ipso facto incurrendae sunt lege denotantur, probatur ut in conscientia etiam ligent, aliam sententiam declaratoriam non requirunt, et hoc communis confirmat praxis, qua eos pro excommunicatis etc. ipso facto habemus, qui clericorum gravem esse percussores innotescunt etc. et suadet ex eo quod cur in his nova sententia contra tenorem verborum legis requiratur, nulla ratio appareat, huiusmodi leges enim adhuc videntur satis suaves et quaerentes

aequitati humanae quia advenientibus tamen privant Ecclesiae bonis, neque actione aliquam in executione requirunt. et ideo dictum est de poenis conditionalibus si obligent ante sententiam Judicis, ita clericus minor ordinatus suae beneficiae destitutus si habitum non portet, ante omnem sententiam declaratoriam et ipso facto privatur privilegio fori, ita recipiens beneficium parochiale sine sacerdotio, et ad illud intra annum sua culpa non promotus, illud ante alia sententia obligatur dimittere, sicut etiam Episcopus qui intra 6. menses a confirmatione sua culpa non procurat consecrationem, ipso iure privatur suo episcopatu etc.

Ratio autem 2. partis est quia leges poenales in mitius semper sunt interpretandae, quia 61.
quo minus durum esse videtur obligari ad spoliandum se ipsum spiritus suis bonis iam possessis, ideo nisi aliud expresse ex lege ipsa colligatur, dictum est quod ad id ante sententiam declaratoriam Judicis nemo in conscientia obligatur, consequenter de voluntate legislatoris mitius est praesumendum, et huius habet exemplum sufficiens in eo, quod licet ipso iure haeretici bonis possessis a die commissi criminis eidem ius canonicum privent, illorum tamen contractus alienationes et huiusmodi rati habeantur ante sententiam declaratoriam Judicis, leges enim se se humanae fragilitati accomodant. neque obstat quod etiam eiusmodi legibus addatur ipso facto, ipso iure etc. nam ut vult colendissimus meus hoc in tract. professor P. Vintanus Saal hae clausulae sunt ita illegendae et exponendae quod ipso facto non requiratur nova sententia bene vero declaratio criminis ita ille. dixi tamen et si quidam actionem requirunt, si enim poenae eiusmodi in pura privatione consisterent, par esset ratio ac de priore parte asserti, et ratio data pro hac eadem parte deficeret ut patet: hinc per capit. Commissa de eo qui cognovit consanguinea uxoris privatur iure petendi debitum coniugale etiam ante omnem sententiam declaratoriam qui cognovit uxoris suae consanguinea in primo aut secundo gradu, communis reddere tenetur coniugi innocenti.

Igitur in poenis quibuscunque latae sententiae ad hoc ut sciatur an in conscientia ante sententiam 62.
declaratoriam obligent, est attendendum an leges poenas eiusmodi statuentes sunt privativae tantum ut quis vi illarum bonis quibusdam privetur sine omni sua directa actione ad habenda in poenarum eiusmodi executione, an vero sint non tantum privativae sed

tales quae in executione personalem Rei actionem requirunt: si primum probabilis dicitur quia etiam ante omnem aliam sententiam declaratoriam in conscientia obligant, alias enim praxis communis Ecclesiae in multis erraret, sic quando quis occulte cognovit consanguineam in 2do gradu uxoris suae, male diceret ex ipso facto iam privatus iure petendi debitum ita etiam occultus clerici occisor occultus haereticus et male haberent pro excommunicatis, cum quia crimen occultum est, sententia declaratoria haberi non potest, quae tamen essent contra communem Doctorum. Ipsum qui hos excommunicatos illum autem ipso facto privatum iure petendi debitum sine omni alia sententia unanimiter recognoscunt. Si vero 2dum, et executio Rei personalem actionem requirunt, videndum est an haec actio per se in gravem damnum Rei pergeret, puta se ipsum deberet mutilare occidere venenum sumere et huiusmodi et tunc in conscientia nullatenus tenetur neque ante neque post sententiam Judicis, quia propriae charitati huiusmodi agere graviter repugnat nemo autem potest iuste obligari ad aliquid quod charitati propriae graviter repugnat, quin imo huiusmodi in se per seipsum neque molliri licet, quia lex haec praecipiens iniusta est et ratione actionis ipsi iuri naturae repugnat, quia contra naturam est, ut qui seipsum occidat, aut graviter mutilet, aut aliud huiusmodi in seipsum per seipsum moliatur, unde palam est, quia haec lex potestate sua excedit, quod enim talis potestas humanae iuris dictioni data sit sapientum nemo illegit, unde Reus nec potest nec tenetur active in seipso iniusta tale lege adimplere, quoniam graviter et charitati propriae et iuri naturae repugnare videtur. quod si vero actio illa levis tantum est et indirecta potest quidem poena illa ante sententiam Judicis declaratoria subire, sed tamen ad id in conscientia per se non tenetur, quovis posset teneri per accidens, quia scil. si ante sententiam poena huiusmodi levem non subiret, sciret post Judicis sententiam capitale esse imponendam, prudentiae quippe regula non observaret qui per se levem contra gravem et capitale ab alio exequendam exequi non susciperet, et sic saltem leviter contra propriam charitatem peccaret,

qua se unusquisque diligere praecipit eo ipso, quod secus se ipsum proximum diligere mondatur. Sed haec pro ratione tituli dicta sufficiunt.

Sectio 4ta

Quomodo leges in praesumptione fundatae obligent? Ubi etiam de ignorantia poenarum per leges statutarum.

Praesumere dicimur, quando aliquid ex certis inditiis ita coniecturamus, ut rei veritate rationabiliter concludamus, sic religiosus de licentia praesumit qui propter corporis infirmitatem sine expressa discreti superioris voluntate quam propter aliquid impediens rescire non potest, aliquid calidi comedendo regulare recipiendum frangit, quia propter infirmitatem discreti superioris voluntate satis rationabiliter concludit, lex igitur in praesumptione fundata haec est quae fertur ex praesumptione legislatoris, si v. g. legislator ex certis coniecturis aliquid concludit, et postmodum ex his coniecturis lege facit qua aliquid aut praecipit aut prohibet, haec lex in praesumptione fundata dicitur, cum autem superior ex eiusdem coniecturis aliquid concludere valeat vel de eo quod est factum, vel de eo quod est periculosum aut saltem praesumitur esse plenum fraude et periculo, hinc praesumptio dividitur in praesumptionem facti et iuris seu fraudis periculi (ut glossa quod allegatur ex primo dictis facile colligitur, unde ad resolutionem dubii sit. 163.

Assertio 1. leges fundatae in praesumptione facti ipso facto non subsistente non obligant in conscientia, sed tamen leges fundatae in praesumptione iuris suum in conscientia fundant effectum etiamsi in particulari casu periculum aut fraus non subsistit. est communis sententia. Ratio primae partis est quia praesumptio facti est quaedam conclusio de facto non ex certis sed ex fallibilibus coniecturis et ideo arguit ipsum factum non tamen absolute sed sub conditione si ita factum sit de hoc et hoc sit, ubi ~~fallit~~ videlicet quia lex in praesumptione facti fundata conditionata est, neque petit obligare nisi coniecturae facti in veritate subsistant, consequens proinde 164.